

# Eine unbekannte Schrift des Ratherius von Verona.

Von P. Germain Morin, O. S. B., München.

Die Handschrift Ambros. S. 17 sup. besteht aus 98 Blättern in Pergament, Größe  $0,214 \times 0,150$ , beschriebener Raum  $0,166 \times 0,112$ ; Schrift in langen Zeilen, 25 auf der Seite, von mehreren Händen aus dem 10. bis 11. Jahrhundert; Titel und Initialen rot; Einband einfacher Pappband, überzogen mit Schweinsleder, versehen mit braunem Lederrücken; Herkunft aus dem Kloster San Giusto di Susa in Piemont, von dem auch sonst noch eine Anzahl interessanter Handschriften der Ambrosiana stammen; fol. 98 unten ist noch zu lesen: „Liber sancti Justi martiris. Si quis illum abstulerit anathema sit.“ Inhalt eine Sammlung theologischer Opuscula, meist aus dem 9. und 10. Jahrhundert.

Foll. 1<sup>r</sup>—56<sup>v</sup>: Alcuin De trinitate, und Ad Eulaliam, de ratione animae.

Foll. 57<sup>v</sup>—61<sup>v</sup>: Eine Reihe von Fragen und Ermahnungen an einen Postulanten, der ins Kloster eintreten will: „Frater, dic mihi quae est uoluntas siue peticio tua...“

Foll. 61<sup>v</sup>—64<sup>v</sup>: Zwei bis jetzt unbekannte Auszüge aus einem Brief des Ratherius v. Verona an einen Vornehmen, Petrus von Venedig, der auf die Welt verzichten und Mönch werden wollte.

Foll. 64<sup>v</sup>—67<sup>v</sup>: Zwei apokryphe Sermones unter dem Namen des Hl. Augustin.

Foll. 67<sup>v</sup>—71<sup>v</sup>: Capitula monastica von Aachen.

Foll. 71<sup>v</sup>—87<sup>v</sup>: Eine Collation des Abtes Serapion (Cassian).

Foll. 87<sup>r</sup>—95<sup>r</sup>: Eine Mönchsregel, wahrscheinlich in Spanien im 9. Jahrhundert kompiliert und 1912 in den Annales O.S.B. (S. 177 bis 193) veröffentlicht durch D. Ambr. Amelli auf Grund dieses Codex und eines anderen derselben Zeit, des Vatic. Regin. lat. 17. Incipit: „Largiente domino hec tibi pauca ex multorum constitutionibus patrum capitula...“

Die letzten Blätter enthalten, leider des Anfangs wie des Endes beraubt, einen Bericht in Versen über die Wunder des hl. Justus, auf Grund dieser Handschrift (sammt der falschen Signatur S. 71 sup.) veröffentlicht in den *Annal. Bollandiana*, t. 11, S. 365—7, vgl. BHL, n. 4605.

Hier soll nur die Rede sein von den Ratherius zugesprochenen Auszügen, foll. 61<sup>v</sup>—64<sup>v</sup>. Zunächst bringen wir den Text, der infolge der Ungeschicklichkeit des Abschreibers, dem wir ihn verdanken, leider stellenweise ziemlich fehlerhaft ist; wir bringen ihn fast ganz so wie er ist, sammt der Interpunktion und den orthographischen Fehlern, soweit sie den Sinn nicht beeinträchtigen.

### EXEMPLAR RATHERII VERONENSIS AD PETRUM VENETICUM.

Sane quoniam relatre cognouimus saeculum uos uelle relinquere et monasticae manus dare militiae, suggerimus obnixè, ut illius in primordiis ipsis reminiscamini propheticì: Si conuerteris, Israel, ait dominus . ad me<sup>1</sup> conuertere.<sup>2</sup> Sunt enim nonnulli, qui cum in laico habitu aelemosinarum, ieiuniorum, et caeterorum bonorum exhibitione potuissent uitam aeternam acquirere, reli<n>quunt illam uitam, et conuertuntur non uere sed quasi ad monasticam, et seruantes in aliquibus saeculo fidem, quaedam<sup>3</sup> uero monachichae<sup>4</sup> custodientes, ita tali conuersatione probantur deo mentiri, ut nec monachi postea conuincantur esse nec laici. Non est igitur, domine<sup>5</sup>, haec ad deum conuersio, sed, quod sine lacrimis minime dicendum, pessima a Deo auersio; nec saeculum iste talis reliquid, sed deum. Reliquid enim ueritatem, et amplexatus est falsitatem. Quod ex eo potest probari, quia considerans<sup>6</sup> uestibus, barba, et ceteris saecularis uitae inditiis non indigenues saltem interrogare laicum quid sit, cernentes perspicue cuius ordinis sit; iste uero magnus nebulo, qui sub ouina<sup>7</sup> pelle lupum conatur tegere rapacissimum, si regulariter fuerit discussus, quid sit nullo modo poterit aedicere. /fol. 62<sup>r</sup>/ Ad non esse enim cum idolo transiuit, qui desiit esse quod fuit, et illud penitus non est, quod esse proposuit: melius ei fuerat, ut habitu laicus, corde esset monachus, quod plurimis contigit, quam habitu monachus, corde esset laicus; quorum infinitate habundat hodie,

<sup>1</sup> corr. aus te sup. lin.

<sup>2</sup> Jerem. 4, 1.

<sup>3</sup> quidam ms.

<sup>4</sup> sic.

<sup>5</sup> domini ms. offenbar falsch.

<sup>6</sup> für die Mehrzahl?

<sup>7</sup> ouine ms.

pro nefas, mundus. Vae autem peccatori terram ingredienti duabus uis.<sup>8</sup> Vae misero mihi scienti haec, et haec dicenti, haec insuper et scribenti, et haec non cauenti; cui rectissime possit dici: De ore tuo te iudico, serue nequam.<sup>9</sup> Vae omnibus hypocritis, qui, dum saeculum uolunt habere simul et deum, perduto saeculo non inueniunt deum, sed potius diabolum, nec uitam aeternam, sed gehennam. Vae sarabaitis, id est, aut sub monachico habitu, aut in aliqua reclusura<sup>10</sup> sibi uiuentibus, id est, suam uoluntatem facientibus, et regularem disciplinam accipere renuentibus. Vae duplici corde deum quaerentibus, et solam consuetudinem monasterii secundum pharisaeos defendentibus, et illum monachum qui in corde debuerat esse, quem solum deus requirit, cuius laus non ex hominibus sed ex deo est, habere non curantibus. Vae his, qui sub nomine sanctitatis seruiunt cupiditati, sub Christi nomine seruiunt mammonae: licet uiderimus et audierimus, plurimos sepe sub praetextu elemosinarum hoc in ecclesia latrocinium exercere. Quos sine dubio ueniens dominus facto de resticulis flagello eliminabit de templo, eo quod domum orationis speluncam fecerint latronum. Quid enim ad monachum uel reclausum de cura pertinet pauperum? Iniunctum est hoc saecularibus, ut haberent unde peccata sua redimere possent. Ille uero qui omnia dereliquit, qui se in carcere sepeliuit, cui mundus crucifixus est et ipse mundo, qui nihil iam usque ad unum, ut ita dicam, athomum nec ipsum corpus in sua potestate potest facere, nisi tantum de bona quae suficit uoluntate.<sup>11</sup> / fol. 62<sup>v</sup> / Et qui sollicitus esse non debet quid ipse saltem manducet<sup>12</sup>, sollicitari debet ut habeat quid alteri tribuat? Dubitat uerum esse, quod Hieronimus ait<sup>13</sup>, quia neque Darii opes nec Croesi diuitiae explere mundi pauperes possunt? Et si illi, quos tua pascit sollicitudo, non possunt sine tuo uiuere adiutorio, te defuncto quis eos sustentabit? Utique ille qui tecum mundum pascit cottidie. Nam et si coruus Heliam legitur pautisse, non fuit gratia corui, sed Dei. Sed caue tu coruus fieri, rapacissima est auis: et talium solatio<sup>14</sup> persepe fruuntur militantes deo, sed non ascribitur talibus, sed largitori per tales. Verum non proposuimus de isto tecum, bone uir, agere modo, praesertim cum et quidam persepe talia bono et simplici agant animo: Astabimus autem omnes ante tribunal Christi<sup>15</sup>: ibi parebit,

<sup>8</sup> Eccli. 2, 14.

<sup>9</sup> Luc. 19, 22.

<sup>10</sup> In Ducange nicht enthalten.

<sup>11</sup> Es scheint hier etwas zu fehlen.

<sup>12</sup> Am oberen Rand hinzugefügt.

<sup>13</sup> Epist. 118 n. 5.

<sup>14</sup> Ds ms. hat hier zunächst ein u, überschrieben mit einem kleinen o, darauf folgt ohne jede Trennung solatio, verbessert aus salatiu.

<sup>15</sup> Rom. 14, 10.

quis, quid, quo animo fecerit. Ad hoc uero quod suscepimus dicendum reuersi suggerimus, ut, si monachus fieri desideras, non aliud pro alio<sup>16</sup> agas.

**Item ex eadem epistola. Omnis inquit qui reliquerit domum et cetera.**

Felix professio, tali remuneranda praemio, et ó ineffabilis clementia redemptoris! Ubi omnis dicitur, nullus excipitur: non dei negator, non blasphemus, non parricida, non incestator<sup>17</sup>, non milies adulterator, non ecclesiarum incensor, non mille periuriis reus, non quilibet quibuslibet<sup>18</sup> et etiam inauditis et infandis sceleribus cruentatus, ipsum etiam ut puto sal infatuatum, nec sterquilinio saltem dignum; sed omnis qui reliquerit patrem et matrem, et uxorem, et filios, et agros, propter nomen Christi, centuplum accipiet et uitam aeternam possidebit.<sup>19</sup> Felix portus, ubi omnis liberatur naufragus; nec tantum liberatur, sed insuper multimode ditatur. Liberatur autem omnis, si cum re possessa etiam cupidini renuntiat possidendi: nam ille uermis si restiterit in radice, florere huius modi<sup>20</sup> arbor possit<sup>21</sup>, / fol. 63<sup>r</sup> / fructum ferre omnino non poterit. Cum etiam si nec patrem, nec matrem, nec uxorem, nec filios, nec agros, nec quodlibet aliud habeat quod relinquat, illud solum, illud tantummodo deneget, id est, habendi uoluntatem, et perfectam illam, quam Petrus, recipiet remunerationem. Sed uae ei, qui sub Ananiae et Saphirae uocabulo audit ab apostolo: Non es mentitus hominibus, sed deo<sup>22</sup>. Ille<sup>23</sup> enim uendita possessione dum sibi aliquid de pretio uoluerunt retinere, temporali multati sunt morte; iste uero, nisi cita ei fuerit subuentum paenitentia, dum uult facere similia, morte percutitur aeterna. Vae quoque non dissimile ei, qui uel cupiditate, uel pro inani gloria saeculi huius, monasterii sumit indumenta; audit enim etiam ipse cum Simone mago: Non est tibi pars, neque sors, in sermone isto.<sup>24</sup> Qui uero pie inchoat quidem, sed neglegenter aut superbe deserit, et huic uae nihilominus. Dicitur enim illi a spectatoribus: Quomodo cecidisti de caelo lucifer, qui mane oriebaris?<sup>25</sup> Rutilasti mane, sed splendorem ad uesperam non ualuisti perducere: bene cepisti currere, sed feliciter ad brauium nequisti peruenire: mane in uineam ut prudens intrasti, sed ut uecors denarium non expectasti: bonum certamen certare ce-

<sup>16</sup> verbessert aus alia.

<sup>17</sup> ein sehr seltenes Wort, verwendet bei Zeno von Verona, 2. Tract. 40.

<sup>18</sup> quilibet quibuslibet, das erste Wort vielleicht zuviel.

<sup>19</sup> Matth. 19, 29.

<sup>20</sup> modi auf Rasur.

<sup>21</sup> Es fehlt hier etwas, licet oder eine ähnliche Partikel.

<sup>22</sup> Act. 5, 4.

<sup>23</sup> Ille ms.

<sup>24</sup> Act. 8, 21.

<sup>25</sup> Is. 14, 12.

pisti, sed ad coronam non peruenisti. Nec putandum quod illis haec conti<n>gata postasia, id est a deo recessio, quire licito habitu uel conuersatione monachica reuertuntur ad saeculum; sed sciendum quod etiam in monasterio uel solitudine persistentibus peior etiam, quia inreuerabilis, conti<n>git ruina, dum de uita et conuersatione sua intus grauissime superbientes, illos qui aut saeculares, aut lapsi, aut forte in coenobio negligentius sunt conuersantes, non compatiendo sed dedignando, sicut pharisaeus publicanum, detestantes reprehendunt, eisque se nimium obliti priorum et communis fragilitatis praeferentes, quidque dei benignitas et de his / fol. 63<sup>r</sup> / facere possit non cogitantes, et se quasi in caelo, illos uelud in inferno elato cordis supercilio contemplantes, in<sup>26</sup> quanto diabolici lapsus gurgustio<sup>27</sup> uoluentur non intellegunt. Et ideo, ut dixi, inreuerabilis eorum ruina, quia caeca: nam si potuisset considerari, poterat et caueri. Iste, rogo, ubi est (domino dicente Ubi est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum<sup>28</sup>) nisi in saecularem et terrestrem immo infernalem habet intentionem? Hi etiam qui inuidia in monasterio tabescunt uel odio, qui rixas, detractiones, emulationesque exercent, a saecularibus, qui pro terra litigant, quid, rogo, differunt? Qui uero adulationibus erga principes huius saeculi deseruiunt, et gaudent cum ab eis uisitantur, libenterque eorum munuscula recipiunt, persepe etiam et exigunt, eosque de peccatis suis ita non commonent, ut aut conuertantur, aut quietos in cellulis suis habitare dimittant, cui, queso, militant? Nonne orat psalmista,<sup>29</sup> ut corripiat eum iustus in misericordia, et increpet, oleum autem peccatoris non impingat caput eius, id est, adulatio cuiuslibet hypocritae non incrasset mentem eius? Nam quod facit albugo in oculo, hoc adulatio in corde stulti. Et cum amicitia saecularium ob aliud nisi ut conuertantur et saluentur requiritur, ubi, queso, est Quicumque uoluerit amicus esse saeculi huius, inimicus dei constituitur<sup>30</sup>? Nec contrarius haec dicens uolo esse superius dictis, neque uidebor, si quis prudenter ad ipsos oculos uertat intentiones. Sunt enim qui se praeferentes despiciunt in cogitatione quoslibet peccatores; de quibus dominus ait: Qui dixerunt, Recede a me, quia immundus es; isti fumus furoris mei.<sup>31</sup> Et sunt qui, ut redamentur, amplectuntur dulciter quoslibet saeculares; quibus impropertur sub persona Iosaphat ita: Impio praebes auxilium, et qui

<sup>26</sup> in, zweimal hintereinander geschrieben.

<sup>27</sup> vgl. die Erklärung Ducanges dafür, das Wort ganz in der Art wie sie besonders Rather liebt.

<sup>28</sup> Mtth. 6, 21.

<sup>29</sup> Vgl. Ps. 140, 5.

<sup>30</sup> Jac. 4, 4.

<sup>31</sup> Is. 65, 5, jedoch nicht wörtlich nach der Vulgata.

oderunt dominum amicitia iungeris.<sup>32</sup> / fol. 64<sup>r</sup> / Dicente autem domino. Si me persecuti sunt, et uos persequentur<sup>33</sup>, nec deficiente, immo abundante prauitate malignorum, etiam si a publicis uideatur bellis cessare auctor eorum, miseri, imbecilles, et effeminati, nec coronandi, sed pro dolor dampnandi, quia legitime nolumus certare, sed potius aduersario manus dare, adulantes eius seruis, uti mundi huius frui mereamur commodis, cuius saecularia debueramus fugere desideria, sectari uero iusticiam<sup>34</sup>; conuincimur itaque certa ratione nequaquam pie uiuere in Christo Iesu, quando quidem a nemine persecutionem perpeti cernimur pro Christo Iesu.<sup>35</sup> Hoc ideo dico, ut te commoneam, illustrissime, ut, si ad certamen pro deo accesseris, inimici amicitias ulterius non requiras. Inimicum autem dico diabolum, mundum et eius amatores. Relinquere enim saeculum et sequi deum, non est aliud nisi ad certamen prouocare diabolum; amicitias uero postea saecularium ambire, nil aliud quoque quam pacis dextras inimico dare. Scitis autem, Domine, scitis quia peius est cum inimico regis pacem facere, quam terga praebere. Quod si aut dux ipse aut alius quilibet huius saeculi diues aut consanguineus uester confabulationem requisierit uestram, dicite quod antiqui solebant dicere: Quid mihi et uobis? Ego mortuus sum; mare uero mortuum non retinet. Sed forsitan ipsa persecutio, quam omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu paciuntur, qualis sit ignoratis? Milleformis est, sicut et ipse eius<sup>36</sup> auctor milleformis est. Non potest enarrari, non ualet cognosci: foris a uisibilibus inimicis agitur, intus ab inuisibilibus incitatur; et minus inaestimabiliter est, quod faciunt inimici, quam quod amici. Peius persequitur monachum adulator, quam detractor: peius laudator, quam uituperator: peius / fol. 64<sup>v</sup> / propinquus, quam extraneus: peius qui dat ei rem aliquam, quam qui aufert ab eo tunicam. Breuiter sane dico: quicquid deo displicet, et diabolo placet, si agere quis suadet, persecutionem irrogat. Quicquid aduersarius ad hoc infert, interius fit uel exterius, ut patientiae uirtutem atque fraternam in te feriat caritatem, persecutio est. Quicquid illud est, unde elatio aut uana gloria aut, quod peius est, inuidia accenditur in corde, persecutio est. Quicquid mentis integritatem aut corporis maculat castitatem, persecutio est. Quicquid gulae seruit aut ebrietati, persecutio est. Contra quae nisi quis legitime<sup>37</sup> certauerit, coronam sperare possit, accipere non poterit. Sed certabat, inquit, Daud, et

<sup>32</sup> 2 Paral. 19, 2.

<sup>33</sup> Joh. 15, 20.

<sup>34</sup> Vgl. 2, Tim. 2, 22.

<sup>35</sup> Vgl. ibid. 3, 12.

<sup>36</sup> ergänzt sup. lin.

<sup>37</sup> legitima ms.

cecidit. Surrexit, respondeo, et aciora in aduersarium iacula retorsit ilico. Hoc enim et ad legitimum pertinet certamen. Nam et alteri dicitur: Tu autem aliquando conuersus confirma fratres tuos.<sup>38</sup>

Es ist nicht verwunderlich, daß von Zeit zu Zeit sich immer wieder bisher unbekannte Arbeiten des RATHERIUS von Verona finden; sind doch seine Werke überhaupt nur in Bruchstücken allmählich veröffentlicht worden. Nach den Publikationen D'ACHERY'S und BALLERINI'S gab 1809 ARETIN (Beiträge z. Gesch. u. Litteratur. VII, 512) zum erstenmal auf Grund des Clm. 6340, fol. 1<sup>r</sup>, das Ende eines Briefs an einen Beschützer des Bischofs heraus: „didiceram iam olim penuriam pati, quod uolo, promissum.“ Der zweite Sermo auf Pfingsten: Quid igitur nunc agimus? . . ., ist erst 1849 erschienen im „Catalogue des mss. des biblioth. des départements“, t. I, p. 587—592 nach dem ms. 274 von Laon. Der Sermo auf Gründonnerstag, Nemo est fidelium, . . . wurde als Ganzes erst 1854 veröffentlicht durch ALBRECHT VOGEL in seinem bemerkenswerten Werk „RATHERIUS von Verona und das zehnte Jahrhundert“, 2. Teil, S. 221 bis 231 nach dem cod. Bruxell. 5463—67. In neuester Zeit hat E. DÜMMLER ein merkwürdiges Bruchstück einer polemischen, an BALDRICH, des RATHERIUS unrechtmäßigen Nachfolger in Verona gerichteten Schrift herausgebracht (Neues Archiv IV (1879), S. 178—180), während VALENTIN ROSE in seinem Katalog der lateinischen Handschriften in Berlin Bd. I, S. 89 ff. (1893) ein anderes, von ihm als „Klagschrift RATHER'S“ überschriebenes Fragment veröffentlichte nach einem vielleicht autographen Blatt des cod. Philipp. 50. Einige andere Entwürfe zu Briefen aus den Jahren 962—968 wurden durch C. CIPOLLA in dem aus Verona stammenden cod. Vatic. lat. 4965 aufgefunden und von ihm in den „Studi e documenti di storia e diritto“ 24, 51—72 veröffentlicht. Es ist durchaus glaublich, daß verschiedene Handschriften Norditaliens bisher noch unbeachtete authentische Arbeiten des RATHERIUS bergen.

Auch unser Bruchstück „ad Petrum Veneticum“ gehört unbestreitbar zu diesen; um sich davon zu überzeugen, genügt ein wenn auch nur flüchtiger Vergleich mit den bisher bekannten Schriften. Als charakteristische Züge möchte ich abgesehen von der Ungleichheit des Stiles und dem manchmal unklaren Aufbau der Sätze besonders nennen den Gebrauch der Exklamationen o! proh dolor! proh nefas! usw., den Gebrauch des Ablativs vom Partizip Präsens, dicente domino . . . nec deficiente, immo abundante . . ., zwei- bis dreimalige Wieder-

<sup>38</sup>) Luc. 22, 32.

holung desselben Wortes nacheinander, gewisse bizarre Ausdrücke wie *reclusura*, *incestator*, *gurgustum*, *irrecuperabilis* (*irrecuperabiliter* bei Ratherius unter anderem in col. 703D, 416C der Ausgabe von Migne P. L. 136). Was von der klösterlichen Armut gesagt wird, hat sein Gegenstück im „*Excerptium ex dialogo confessionali*“ M. 412B. C. sqq.; die Phrase „*Vae tibi, qui lupum sub ouina pelle tegis*“, im *Praeloquiorum* lib. 5 (*ibid.* 313C). Das dem Namen des Adressaten beigefügte Epitheton „*Veneticum*“ findet sich wieder in dem „*denariorum Veneticorum*“ der „*Qualitatis coniectura*“ M. 532A. Endlich ist auch der „*Dialogus confessionalis*“ des Ratherius wie alles, was von unserem Brief noch erhalten ist, nur auszugsweise auf uns gekommen.

Es bleibt noch zu untersuchen, wer die Persönlichkeit namens Petrus sein kann, an die der Brief gerichtet ist. Im ersten Moment hatte ich an den hl. Petrus Urseolus gedacht, der bekanntlich auf die Dogenwürde verzichtete, um Benediktinermönch in St. Michael in Cusan zu werden. Aber gegen eine solche Identifizierung spricht die Chronologie: erst anfangs September 978, nach zweijähriger Regierung, dankte Petrus ab, und Ratherius war schon am 25. April 974 zu Namur gestorben, nachdem er im Herbst 968 Verona und Italien für immer verlassen hatte. Um in ihm den Adressaten des Briefes zu sehen, müßte man also annehmen, daß bereits ein Jahrzehnt vor seiner Erwählung zum Dogen sich das Gerücht verbreitete, er denke daran, ins Kloster zu gehen.

In jedem Fall, „*Petrus von Venedig*“ war zweifellos eine Persönlichkeit von hohem Rang; Ratherius nennt ihn „*domine, illustrissime*“ und nimmt den Fall an, daß „*der Doge selbst oder sonst irgendein reicher Weltmann aus seiner Verwandtschaft*“ ihn in seiner Einsamkeit zu sprechen wünsche. Es scheint sogar, daß die Bezeichnung „*Petrus Veneticus*“, im absoluten Sinn genommen, nur auf einen Chef des venezianischen Staatswesens passe. Unter den Dogen nun, die regierten, während Ratherius in Italien sich aufhielt (926—939; 946—948; 951; 961—968), treffen wir gerade drei Petrus Candiani: Petrus II. (932—939), schon bei seiner Erwählung ziemlich bei Jahren; Petrus III., Sohn des Vorgenannten, der von 942—959 regierte; Petrus IV., sein Sohn und unmittelbarer Nachfolger, wurde 976 ermordet; vgl. H. Kretschmayr, *Gesch. von Venedig* (*Gesch. d. europ. Staaten*, 35 WK.), B. I, Gotha 1905, S. 104—115 und 436. An Petrus IV. ist nach all dem, was wir von seinem Charakter wissen, nicht zu denken, und wenig spricht auch für Petrus III., mit dem Ratherius nur wenig Beziehungen hätte unterhalten können. Die Wahl muß also auf Petrus II. fallen, dessen letzte Lebensjahre in Dunkel ge-

hüllt sind (Kretschmayr, S. 108) und dessen Regierung zusammenfällt mit der ersten und längsten Periode des so bewegten Episkopats des Ratherius. Man würde es begreiflich finden, wenn dieser bei seiner Erwählung bereits bejahrte Mann den Entschluß gefaßt hätte, sein Leben im Kloster zu beschließen, nachdem er sieben Jahre hindurch den Rest seiner Kräfte der Leitung seiner Vaterstadt geweiht. Übrigens bürgt nichts dafür, daß der fragliche Petrus seinen frommen Plan auch in die Wirklichkeit umgesetzt hat. Die hier erstmalig veröffentlichten Seiten werden dem, was wir über Ratherius und seine Zeit wissen, nichts Wesentliches hinzufügen, doch werden sie beitragen, den großen Ernst ins Licht zu rücken, womit der ehemalige Mönch von Lobbes die Pflichten seines Standes erfaßt hatte. Wenn er nicht immer selbst das Beispiel aller klösterlichen Tugenden gegeben hat, so hielt er doch immer fest an den großen Grundsätzen der monastischen Disziplin. Und unser Anekdoton wird auch einen neuen Beweis geben von dem religiösen Enthusiasmus, der in allen Gesellschaftsschichten infolge der benediktinischen Renaissance des 10. Jahrhunderts auflebte und so manches Mitglied der höchsten Gesellschaft ins Kloster führte nach dem Beispiel des berühmten ersten Dogen Orseoli.